



Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

I. Dies Octobris. Quid Angeli de his, quæ scienda sunt nesciunt, qui scientem omnia, sciunt?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

Septem
bendido
nporis habe
Gimman
, si tota
gligenitam
intellec
a vita, su
re altero de
, torte
ur vita bu
m tu benie
Vive hodi
te oportere
vit tibi, in
riri super
lucis. De
ur tu diffi
ulat inde
s illi debi
ciencieben
t, etiam dei
ie fructus
at debinet
pro malis
gratiis De
atura : ho
us hora n
em non po
no , quod
hoc

Octob.

Tessera.

777

hoc momento accipis, ex infinito amore Dei proce-
denti? Sic ergo statue secuti mensis tempore, uti,
ut totum illius spatium, sit tibi ad meritorum cumu-
lum. Solve citè, sive procrastinatione, quæ Deo de-
bes, nomina. Quia:

Si citè non solvis, te magno crimine volvis.

I. DIES OCTOBRIS.

Quid Angeli de his, quæ scienda sunt, nesciunt,
qui scientem omnia, sciunt? *Gregorius l. 2.*
Moral.

Angelus I.
Catus,

Duo hujus mensis principium, à quo Deus cœpit creandi principium, ab Angelo. Erat enim hic mensis tibi ad salutem auspicacissimus, si sub Angeli tui Tutelaris exigas auspicias. Quamprimum Deus Angelos procreavit, simul quibusdam ex iis revelavit fore, ut certo tempore, certi homines illorum tutelæ essent in terris committendi. Nec enim poterant hoc nescire, qui scientem omnia sciebant. O quantum quilibet Angelus inter cœlestes illas, quibus circumfluebant, delicias, anhelabat ad illud sæculum, & illius sæculi annum, & illius anni mensem, & illius mensis diem, quo erat ille nasciturus, cuius ipse curam erat suscepturnus! Tandem post multa sæculorum volumina, adest sæculum illis optatissimum, nobis fortunatissimum, quo illi nostrorum curam cœperunt gerere, nos sub illorem tutela cœpimus vivere. Jam elucescebat dies nobis natalis, qui illis semper fuerat

Ccc 5

in

in votis. Et ecce, eodem momento, quo nos egem sumus de matris utero, ipsi descenderunt de celo Empyreo. Vix ergo fueras natus, & ecce adest tu Angelus ad latus. Visum tam nobili Animam gat labatur de imposita à Deo sibi provinciâ. Oculatur, dissaviatur, amplexatur in corpore infantilium, promittit omne obsequium.

II. Hic ergo dictum pura illud Davidici metu:
 (a) *Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodias in omnibus viis suis.* Angelis suis tam præstantibus spiritibus, aulæ suæ ministris, Majestatis suæ episcopis, familiæ suæ œconomis, militiæ suæ antequam mandavit, non tantum, quod amici est, commendavit, sed quod Domini, mandavit, de te. Mandavit tam nobili Genio, de te tam humili vermiculo, ut custodiat te. Quidquid habet in intellectu perspicuitatis, in voluntate bonitatis, in viribus roboris, hoc totum impedit, ut te custodiat. Itaque, si quis unquam fuerit bonus, ad bonum motus in voluntate; Si quæ rara illustratio in Intellectu; si quæ Divina inspiratio in mente; si ardor cœlestis in corde; si vercundia in fronte; si quies in conscientia; si exultatio in spiritu; agnosce, esse beneficium cœlestis illius Spiritus. Verbo complectar omnia: si dixerim, Angeli tui beneficio te effugere omnia corporis, & Animæ mala, consequi omnia utriusque bona. Ille tibi semper, & ubique individuus est socius, vita tua totius testis, ipse oculatus singulorum factorum speculator.

III. Itaque, ut illum prosequaris officiis, quite

(a) *Psal. 90. II.*

Odo. Octob.

Tessera.

779

sibi tot obligavit beneficiis, unum, alterumque offici genus suggesto. In primis ipsum diem tibi natalem illius amori, & obie quo totum consecra. In promptu est causa; quia illa est ipsissima dies, qua propter te, & propter tuam salutem, Angelus descendit de celo, ut tibi hinc adsisteret in terris: illa die suscepit in suum clientem, cum promissio numquam te deserendi, nisi assequereris tuam salutem. Quid igitur ages illa die, ut post Angeli tot beneficia sis gratus tuo benefactori? Primum pervigilio illius diei, jejuno, aut alia corporis maceratione, tenere, quod bene sit corpori, illius deberi custodiæ. Corpus ergo hactenus præservatum, in honorem Angeli præservantis, aliquid patiatur. Qui verò præter corpus, & animum servavit: ipso die expiatum sacra exomologesi, & Divino epulo pastum, illi offer. De Herode, monstro illo hominis, scribit Evangelista: (a) *Herodes natalis sui cœnam fecit Princibus, & tribunis, & primis Galileæ, Cœnam tam opiparam struxit illud portentum impietatis, die illo quo fuerat natus, cui melius fuisset, si nunquam natus fuisset in mundo. Cur tu Angelum tuum non invites ad cœnam illam magnam, non quidem, ut ea pascatur, sed ut te videat pascentem?* O quanto perfundenter gaudio, dum tibi persuadebis Angelum tuum adsistere huic divino convivio? Præfertim cum ille, quo pasceris, & qui de cœlo descendit Panis, sit Panis Angelorum: verius enim dixeris de illo cœlesti Pane, quam de corporali, Poëta:

Quando deest panis, tunc est cibis omnis inanis.

2. DIES

(a) Mar. 6. 21.